ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Excellentissimo Heroi, Constantino
Hugenio S. D.
Tin: Fabricius.

Summa votorum meorum fuerat, Nobilissime Hugeni, coram, et praesenti tradere hunc libellum, quem celeberrimo nomini Tuo consecravimus. Iam enim expendebam cum animo mensuram gaudij mei; iam praefruebar suavissima illa voluptatis praesumtione, qua vultum illum, oculosq; quos absens venerabar, coram eram conspecturus. Quod cum effusissime cuperem, hactenus obtinuerunt antiquum Typographi, ut tamen tanta spe ego excideron. Nisi forte ex istorum hominum cessatione hoc percipiam commodi: quod, cum cum maiori forte pudore comptellaturus te fuissem (ut sum, quovis vos tales Heroes adeundi estis, timidior) nunc idem illud per epistolam, qua fontem licentius exivit, faciam liberius. Accedit, cur istius mora minus pigere me debeat, quod Incomparabilis vir Daniel Heinsius hac nostra ad te mittendi molestiam susceperit. Cuius profecto viri cum varia in me extent beneficia; ea tamen ille consummata non credidit, nisi sponte et ultro literas ad te suas mihi polliceretur. Ex quibus cum cognoscere te de rebus posse nostris non dubitem, quales tamen sim, ne ignorare me possis, breviter exponam. Et domo quidem, quod iam, opinor, nosti, Iam: burgensis sum: parentibus ex antiquissimis Civitatis nostrae familijs utrinq; oriundis natus. Eliorum ille, nisi facultates his proximis temporibus valde fuissent accisae, admoveri ad Respublicae, ut olim uterq; atavis meis eorumq; maiores, gubernacula potuisset. Et eo quidem ante annos iam aliquot orbatus sum. Vetera discentium in Hollandia vestra viri. Mensis octodecim in Academia Lugdunensi, caeteros in secessu hoc transegi. Hactenus tamen, ut, si Deus annis aetatis nunc currit vigesimus; valetudine semper, et fama, quod palmarium duco, ubiq; apud omnes integra. Celeberrimorum virorum ut cultor et admirator sum maximus, ita quorundam favorem, quamvis nullo meo merito, non raro experti. Caetera, non prosum, molestus tibi esse debeo. Felicissime vale, Vir maxime, et mihi fave. Hortvici. A. D. VII Iunij. CIↃIↃCXXXIII.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Fabricius) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/785

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Fabricius) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/785

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Fabricius) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/785

Nobilissimo Amplissimoq Viro, Constantino Huygenio, Equiti, Zuylichemi Domino, Illustrissimo Arausionensium Principi à Consiliis, et Secretis.

In Castra.